

Nel placito presieduto dal marchese Obertus, conte di palazzo, alla presenza dell'imperatore Otto, Petrus, abate del monastero di Santa Fiora, e il giudice Arnolfus, suo avvocato, presentano una donazione fatta dal diacono Vuillelmus, figlio del fu Aritio, di vari beni a detto monastero. L'abbate e il suo avvocato ottengono così ragione contro le pretese di Rodulfus, che aveva contestato al monastero il possesso il tale possesso.

Originale.

Archivio Capitolare di Arezzo, Carte di Ss. Fiora e Lucilla, n. 17 [A]*.

Edizione: Manaresi, II, n. 168

(S) Dum in Dei nomine locus que dicitur Classe² in terra Alberici filio bone memorie Aigoni in sala ubi domnus imperatoris preerat, residisset in iudicio Otbertus³ marchio et comes palatio ad singulorum hominum iustitias faciendas hac deliberandas, resedentibus cum eo Siefredus que Sicco vocatur, vassus^a domni imperatoris, Teutpaldus, Ghiseprandus, Bentio, Ahistulfus, Ebbo, Angualmundus, Bonitio, Atripertus⁴, Martinus, Rofinus iudicibus sacri palatii⁵, Mainardo filio bone memorie Vualcheri, Boso et Vualcheri et Griffio et Teutio germani filii bone memorie Vualcheri⁶, Tetbaldo filio bone memorie Tetbaldi, Ildibrando, Rodulfo, Alberidio et Saxo germani filii bone memorie Ildibrandi, Urso filio bone memorie Griffoni et reliquis^b plures. Ibique eorum veniens presentia Petrus abbas de ecclesia et monasterio beate sancte Flore⁷ una cum Arnulfo iudex et avvocato suo et eiusdem monasterii et ostenderunt ibi in eodem iudicio moninem unam in qua continebatur in ea ab ordinem, sicut hic supter legitur: «In nomine domini nostri Iesu Christi. Hugo rex anno regni eius quarto decimo, seo et Lottharius dilecto filio eius anno regni eius decimo, memse aprelis, indictione quartadecima. Manifestu^c sum ego Vuillelmo diaconus filio quondam Aritio, quia dum homo vixerit, semper debet coitare ut, quando animo de corpore exierit, com puro corde et munda sentia, ut possit resistere ante Domini maiestatem, quia mors et vita in manu Dei est; modo vero per hunc scriptum iudicato et meo testamento trado iudico pro mercis et remedio anime mee tibi beate sancte Flore case et res ille in integrum quas antea recta fuit per quondam Cristiano clerico et modo est de meo donnicato, una cum ipse case et sorte in casale Galognano et modo regere videtur per Angnelo et Iohanne massarii, una cum ipse sorte quatuor in casale Cisiliano, una de ipse suprascripte sorte modo regitur per Leo, alia sorte regitur per Rotchari, tertia sorte regitur per Adtio et Ansperto germani, quarta sorte regitur per Leo massario, alia sorte im Patrinione que modo regitur per Patrino massario, tam suprascripte casis et sortis et rebus cum solamentis suis cultis ortas vineis pratis campis silvis aquis et rivis pascuis cultum vel incultum, omnia et in omnibus qualiter super legitur tibi ecclesie sancte Flore in integrum trado et iudico pro mercis et remedio anime mee, et antepono tibi ipsa casa et sorte quas antea dedi Alfuso et Iohanni germanis, constituo tibi ipsa casa quas antea recta fuet per quondam Austro massario, et in ipsa vinea fine ipsa Carraia et fine ipso Lavando quas antea dedi Hildegamde genetrice mea qui supra Vuillelmi, et ipsa petia de terra in avocabulo Forne, et una petia de terra in Campoluci de modiorum sex, et antepono tibi ipsa casa^d et sorte que modo regitur per Urso Patrinione quem tibi dabo; alia sorte et rebus quod super legitur, que sunt in casale Patrignone et in Campoluci et in Cisiliano et per suis vocabulis, tibi beate Flore in integrum trado et iudico pro merce et remedium anime mee ad tuam proprietatem abemdum, exepto suprascripto anteposito.

Aut si ullus de heredibus meis contra hunc meum iudicatum vel dispositi ire inrumpere aut disfacere aut contendere aut molestare aut minuere de suprascripto meo iudicato, tunc componere promitto, ego qui supra Vuillelmus diaconus cum meis heredes tibi beate sancte Flore et ad tuos rectores suprascripta res cum omnem edificiiis suis super se abentes ibidem, in propinquo loco in duplum. Ecce quam mea voluntas Deo gratia inplevi, unde hunc meum iudicato ad me facto, qualiter super legitur, Aritio notario et scabino scribere rogavit. Actum Aritio feliciter. Ego Vuillelmus diaconus in unum scriptum iudicato ad me facto manu mea subscripsi. Leo humilis archidiaconus rogatus ad Vuillelmo testis subscripsi. Ego Gerolimo rogatus ad Vuillelmo testis subscripsi. Signum +^e manus Luponi et Ugoni roiti ad Vuillelmo diacono testes. Ego Aritio notario et scavino hunc scriptum iudicato scripsi^f et complevi, feliciter». Monimen ipsum ostensum et ab ordine lecto, interrogati sunt ipsi donnus Petrus abbas et Arnulfo iudex avvocato suo et ipsius monasterii, proquit monimen ipsum ostenderent. Qui dixerunt: “Vere ideo his vestris presenciis istum ostensimus monimen, ut nec quislibet homo dicere possit quod nos eum silens aut occultum vel clandestinum ad partem ipsius monasterii abuissemus aut detenuissemus et nunc casis et rebus illis que in eodem legitur monimen, iusta ista monimen nos ad partem ipsius monasterii sanctae Flore habemus et detinemus proprietatem, et si quislibet homo adversus nos seu adversus partem predicti monasterii exinde aliquid dicere vel, parati sumus inde in ratione standum et, quod plus est, querimus ut dicant iste Rodulfus filio quondam Sassoni, qui hic ad presens est, si monimen ipsum quam hic ostensimus, bonum et verum est, vel si nobis aut partem predicti monasterii iam dictis casis et rebus que in eo legitur monimen, contradicere aut supra vel an non”. Ad hec respondens ipse Rodulfo dixit et professus: “Vere monimen ipsum, quam hic ostendistis, bonum et verum est et omnia item verum est sicut in eo legitur, et vobis nec partem predicti monasterii sanctae Flore iam dictis casis et omnibus rebus in eisdem loco casale Galengnano et in casale Cisiliano et in Patrinoque que in eo legitur monimen non contradico nec contradicere quero, quia cum lege non possumus, eo quod iam dictis casis et rebus propriis predicti monasterii sunt et esse debet cum lege, et nichil mihi pertinet ad abendum nec requirendum nec querere debet^g cum lege”. Et spondit se ipse Rodulfus et Teuzo et Girardo filiis eius adversus Petrus abbas et ad Arnulfo avvocato suo et eiusdem monasterii seu ad partem predicti monasterii, ut si umquam in tempore contra hunc suum factum agere aut causare vel remove presumserit per se ipso aut per suis filiis vel heredes vel eorum summittentes personas et omni tempore exinde taciti et contenti non permanserint vel si adparuerit ullum datum vel factum quod ipsis^h in alia parte exinde fecissent et claruerit, ut tunc componant iste Rodulfo suisque filiis vel heredes ad partem predicti monasterii sanctae Flore vel contra que exinde causaverit, duplis iam dictis casis et rebus que supra legitur, et insuper penam argentum solidos centum. His actis et manifestatio ut supra facta, rectum eorum iudicium et auditoribus paruit esse et iudicaverunt, ut iusta eorum altercationem et eidem Rodulfi professione et manifestatione, ut ipsi Petrus abbas et Arnulfus iudex avvocato suo et ipsius monasterii iam dictis casis et rebus que in eo legitur monimen, iusta ipsum monimen ad partem ipsius monasterii habere et detinere deberent proprietatem, et ipse Rodul[us] manere exinde tacito et contento, Et finita est causa et hunc notitia pro securitate eiusdem Petri abbas fieri iussit. Quidem et ego Gherardum notarius et iudex domni imperatoris ex iussione suprascripti comiti palatii seu iudicium amonitione scripsi. Anno imperii domni Ottone nono, imperii item domni Otto filio eius Deo propitio tertio, tertia die messis novembris, indicione quartadecima.

+ Otbertus comes palatii subscripsi.

(S) Teutpaldus⁸ iudex domnorum imperatorum interfui.

(S) *** Benzo *** iudex sacri palatii interfuitⁱ.

(S) Aistulfus iudex domnorum imperatorum interfui. (S) Giseprandus iudex sacri palatii interfuit^l.

(S) Ebbo iudex domnorum imperatorum interfui^k. (S) Bonizo iudex domnorum imperatorum interfui^l.

(S) Martinus iudex domnorum imperatorum interfuit.

^l Chiassa, a nord di Arezzo. Su questo placito Delumeau 1996, p. 218 e nota 86 e Puglia 2006, pp. 155-156.

* La revisione della trascrizione è stata condotta sulla base del confronto sulla riproduzione fotografica della pergamena originale conservata nell'Archivio Diocesano di Arezzo; per esigenze di uniformità interne al progetto, si è scelto di riportare in nota, come per le altre precedenti trascrizioni, le varianti di Manaresi.

² Chiassa, a nord di Arezzo.

³ Per il ruolo di Oberto nei placiti di questo periodo Nobili 2006, p. 142. Per quel che riguarda la sua attività giudiziaria in Toscana, si v. Manaresi, n. 152 (964 agosto 9) – non incluso in questo *corpus*, nonostante fosse celebrato nella città di Lucca, perché non riguarda destinatari toscani – e Manaresi n. 156 (967 giugno 12).

^a In Manaresi “missus”.

⁴ Viene citato anche in Pasqui, n. 76 (aprile 977).

⁵ Questo gruppo di *iudices* in Radding 2013, pp. 249 e ss.

⁶ Membri dell'eminente gruppo familiare dei *Walcherii*, radicati nel Valdarno e nella Vadichiana settentrionale. Fin dagli ultimi decenni dell'XI secolo furono incaricati dell'ufficio vicecomitale di Arezzo, Delumeau 2003, pp. 151-171. Per la storia del monastero delle Sante Fiora e Lucilla e le liti tra questo e la famiglia dei *Walcherii*, Tabacco 1970, pp. 69 e ss. e Delumeau 1996, pp. 641 e ss (con genealogia della famiglia in Delumeau 2006, II, pp. 1422-23). Contrasti che iniziarono con le donazioni di Ugo e Lotario in favore del monastero di terre e beni posti in località situate nelle vicinanze degli interessi patrimoniali della famiglia. Il conflitto sarebbe continuato, tra placiti e rinunce, lungo tutto l'XI secolo, Delumeau 1985, p. 104. Nelle carte relative a queste dispute della seconda metà del secolo X i membri di questo gruppo compaiono anche in Manaresi, II, n. 156, (967 giugno 12), dove fu presente lo stesso Mainardo; Pasqui, n. 76, (aprile 977) e Manaresi, II, n. 227 (maggio 996).

^b In Manaresi “reliqui”.

⁷ Oltre a questa disputa, il monastero delle sante Fiora e Lucilla fu protagonista di altri giudizi nell'ultimo quarto del X secolo: Manaresi, II, n. 156 (967 giugno 12); Pasqui n. 76 (aprile 977); Pasqui n. 78 (maggio 994) e Manaresi, II, n. 227 (maggio 996). Per la storia del monastero delle Ss. Fiora e Lucilla e le liti mantenute con membri dell'élite sociale aretina Tabacco 1970, pp. 57-87 (p. 69 e ss.) e Delumeau 1996, pp. 641 e ss.

^c In Manaresi “manifestus”.

^d In Manaresi “casa ipsa”.

^e In Manaresi manca

^f In Manaresi “scripsi”, ma cfr. p. 112, nota f.

^g In Manaresi “debeo”.

^h In Manaresi “ipsi”.

⁸ Per una sua ipotetica identificazione Puglia 2003, p. 152. Alla fine seguono note tachigrafiche.

ⁱ In Manaresi “interfui”. Segue in note tachigrafiche Ben-zo iu-dex.

^j Segue in note tachigrafiche Gise-pr-an-dus.

^k Segue in note tachigrafiche Eb-bo iu-dex.

^l Segue in note tachigrafiche Bo-ni-zo.